

trans alpihus factum. Boxhornius Lexic. Brittan. Peduvar, quatuor. Rbedeg, currere. Blaenrhad, praeursor. Facit denique huc ad Equitationem Francorum, quod Annales Fuldenses ann. 891. *Francis pedetentim* (pedatim, zu fufs) certare *inuitatum est*. Arnulphi Imp. tamen verbis incitati, pedestre bellum aggressi contra Nordmannos & Danos, prius Regem flagitantes ut equitando eos procuraret ne quid eis pugnantibus à tergo insidiis inimicorum timendum sit.

§. XXXV. v. 47. Heigun sa Nordman harto biduungan. Heigen, Eigen, habere. Kero: Eigit, habet. Eigon, habent. Otfrid, i: 13, 46. uuir eigon es fir-laxan. i. deseruimus.

v. 51. Dot ni rette mir iz. Retten est defendere. sed ut defendere duo denotat, & prohibere ne hostis molestet, & molestantem jam arcere. Vide Glossar. Du Fresne D. ita & Retten hodie in posteriori significato usurpatur. Hic prohibendi notationem habet.

§. XXXVI. GVNDFANON. Fanon in genere est fascia, linteum, pannus. Lex Alemannorum Tit. LIX. 6. *Medicus cum pinna aut fanone tetigit.* Tit. LXXXIX. *involuat in fanone & ponat sigillum.* Gothica versio: *Plat fanens niugis*, assumentum panni novi. Marc. 2, 21. De Fanonibus Offertoriis Du Fresn. in Glossar. Hic significat fasciam alligatam fusti aut perticæ vel hastæ, ad militem ducendum. Porrò Gundfano, Glossæ veteres scribunt per Ch. Chundfano, vexilla. Chunden, Kunden est indicare, denunciare, signum dare, ut Turcarum Cauda equina. Itaque Gundfan est propriè Vexillum classicum, index belli. Aliàs Herifanon, Banner, Panier: Banerherren, Baneresii, Sturmfan item. Albertus Argentin. an. 1349. *Carolus Rex hoc audito statim banerium suum, quod dici-*